

## quintus

perfrigit: euphraten. Ultra quoque saxosum ac uiolentum arabiam inde leua merorum dictam regionem  
tricensa mensura dextraque comagenen determinat. Potis tamen etiam ubi tauget expugnat patiens. Apud  
claudiopolim cappadociae cursum ad occasum solis agit. Primo hunc illi impugnatus cursum taurus  
aufert: uictusque & abscissus sibi met alio modo uincit: ac fractum expellit in meridiem. Ita naturae dimicatio  
illa aequatur hoc eunte quo uult: illo prohibente ire qua uelit a cataractis iterum nauigatur quadragi-  
ta mil. pas. inde comagenes apud famosata. Arabia praeter supradicta habet oppida edesam: quae quod-  
dam antiochia dicebat: callirhoen a fonte noiatam: carras clade Crassi nobiles. Iungitur praefectura meso-  
potamiae originem a syris trahens: in qua ante musia & nicephorium oppida. Mox arabes qui rehtai uocantur.  
Horum caput signata. A famosatis autem latere syriae maris amnis influit. Gingla comagenem finit.  
Merorum ciuitas incipit oppida alluuntur epiphania & antiochia: quae ad euphratem uocantur. Item zeug-  
ma. lxxii. Nil. pas. a famosatis transitu euphratis nobilis. Ex aduerso apameam Seleucus. Idem utriusque con-  
ditur ponte iunxerat. Qui coherent mesopotamiae rhoali uocantur. At in syria oppida europum tha-  
psacum quondam nunc amphipolis. Arabes schoenitae ita feruntur usque ueram locum: in quo conuer-  
sus ad orientem relinquit syriae palmirenas solitudines: quae usque ad petram urbem & regionem arabiae fel-  
licis appellatae pertinent:

Palmiras.

Capi. xxv.

**P** Almaria urbs nobilis situ diuitiis soli & aquis amoenis: uasto undique ambitu harenis inclu-  
dit agros: ac uelut terris exempta a rerum natura priuata forte inter duo impia summa roma-  
norum parthorumque. Et prima in discordia: cuius semper utriusque cura. A bestia seleucia parthorum  
quae uocatur ad tigrin quingentis triginta septem. M. p. A proximo utroque syriae littore ducen-  
tis quinquagintaduobus mil. Et a damasco uigintiseptem mil. pas.

Hierapolis.

Capi. xxvi.

**P** Ropius infra palmirae solitudines stellendena regio est: dictaque iam hierapolis ac beroea &  
chalcis. Ultra palmiram quoque ex solitudinibus iis aliquid optinet hemefatem elatium: di-  
midio propior petrae quam damascus. A rura huic proxima est. Philiscum oppidum parthorum  
ad euphraten: ab eo seleuciam diebus decem nauigatio: totidemque fere babylonem. Scinditur eu-  
phrates a zeugmate. lxxxiii. mil. pas. circa uicum massicen. Et parte leua in mesopotamiam uadit per ip-  
sam seleuciam: circaque eam prefluenti infusus tigris. Dexteriore autem alueo babylonem quondam caldae  
caput petit: mediamque permeans: item quas otrin uocant: distrahitur in paludes. Increfcit autem & ipse ni-  
li modo statis diebus paulum differens: ac mesopotamiam inundat sole optinente uicesimam partem  
cancri. Minui incipit in uirgine & leone transgresso. In totum uero remeat in. xxix. parte uirginis.

Cilicia & adiunctae gentes: pamphilia: isauria: homanadum: pisidia.

lycaonia: taurus mons: lycia.

Capi. xxvii.

**S** Ed redeamus ad ora syriae cui proxima est cilicia. Flumen diaphanes: mons crocodilus par-  
te amni montis. Flumina andracus: pynarus: lycus: sinus issicus. Oppidum issos: idem alexandria.  
Flumen chlorus: oppidum aege liberum: amnis pyramus: portae ciliciae: oppida mallos: magir-  
sos: & intus tarfos. Campi alei: oppida cassiponis: mopfos liberum pyramo impositum: thynos:  
zephyrium: fancile. Amnes saros: cygnus. tharsum liberam urbem procul a mari secas. Regio celebritatis  
cum oppido. Locus nymphaeum: soloe ciliciae: nunc popeiopolis adana cibra: pinara: pedalie: hales: arsi-  
noe: tabe: dorion. Iuxtaque mare corycos: eodem nomine oppidum & portus & specus. Mox flumen calicadnum.  
Promontorium sarpedon: horrida horra. Mili promontorium & oppidum Veneris: a quo proxime cyprus  
insula. Sed & in continente oppida myada: anemurium: coracesium: finisque antiquus ciliciae: melas amnis:  
intus autem dicendi anazarbeni: qui nunc caesaragustani: castabala: epiphania que antea eniandos: eleusa:  
ioconium. Seleucia supra amnem calicadnum tracheotis cognomine a mari relata: ubi uocabatur hor-  
mia. praeterea intus flumina liparis: bombos. paradus. Mons imbaros. Ciliciae pamphiliam omnes  
iunxere neglecta gente isaurica. Oppida eius intus isaurica: clybanus: lalasis fluius decurrit. Hic autem  
ad mare a neumuriae regione supradicta. Simili modo omnibus qui eadem composuere ignorata est  
contermina illi gens homanadum: quorum intus oppidum homana. Caetera castella. xliiii. inter aspe-  
ras conualles latent. insident uerticem pisidiae quondam solymi appellati: quorum colonia caesarea: ea-  
dem antiochia. Oppida orunda: agalefos. Hos includit lycaonia in asiaticam iurisdictionem uersa: cum  
qua conueniunt philomelienses: tymbriani: leucolithi: peltheni: tyrienses. Datur & tetarchia ex lyc-  
onia qua parte galatae contermina est ciuitatum. xliiii. urbe celeberrima iconio. ipsi lycaoniae celebra-  
tur thebasa in tauro: idem in confinio galatae atque cappadociae. A latere autem eius super pamphiliam  
ueniunt thracum soboles milyae. Quorum aricanda oppidum: pamphilia ante mosopia appellata.  
Mare pamphilium cilicio iungitur. Oppida eius sude: & in monte aspendum: plantanistum: perga.  
promontorium leucolla. Mons sardemissus: Amnis eurimedon iuxta aspendum fluens caractes: iux-  
ta quem lynesus & olbia. Ultimaque eius ora phaelis: iunctum ei mare lycium est gensque lycia: un-  
de uastus sinus. Taurus mons ab eois ueniens littoribus chelidonio promontorio determinatur.

Azura

Halix  
Doron

Paradius

Hyrienses